







17
1. 0
2. 0
3. 0
4. 0
5. 0
6. 0



1784.

1. Odae ad symphoniam publice canendam, reuerentia.
tionis solenni doctorum juris utriusque IV.... facta.
2. Rickenberg, Cor. Otto, Cancellarius juris Dei procancelarius:
Programma, quo memoriam Jo. Baptistae Hellermanni
... celebrandam invitat.
3. Bauer, Joannes Godefridus, fac. jur. procancelarius:
Programma, quo summos in utroque jure honores
... Christiano Hartmanno ... in Dei...
4. Bunau, Hieronymus, Comes, a: De jure Imperatoris.
atque imperii Romani-Germanici circa maria.
5. Cramerus, Joannes Georgius: De jure principum ac proce-
rum Germaniae servitiae Civicae a vasallis nobili-
bus exigendi. Commentatio auspiciis prof. jur. cati.
praemissa.
6. Hartmann, Christianus: De herede legatario atque
fideicommissario neglecto licet inventario ultra vires
hereditatis non obligato.

1744.

7. Hommelius, Corneus Ferdinandus: De origine divisionis
iuris rerum in mancipi et nec mancipi.
8. Hommel, Ferdinand Augustus, fac. jur. pro cancellariis:
Programm^o, quo solemniter inauguratur ... Tom. Tobias
Richter^o ... indicit.
9. Haestner, Abraham: De erronea doctorum opinione
per locationem et longum tempus factam, ut sit trans-
ferri dominium simulque collegia aestiva intimat.
10. Haestner, Abraham: De contracta vitalitio simulque
collegia hyberna intimat.
11. Haestnerus, Abrahamus: De clerico juris perito.
12. Haestnerus, Abrahamus: An conditio in debiti solutione
per errorem juris facta, locum habeat?
13. Haestnerus, Abrahamus: De usufructu partium metel-
licarum.

1744.

14. Kaestner, Abrahamus Fusthelf: "Physical juris prudentiam illustrantibus specimen aliquot simulque praecedentes suas indicat."
15. Krebs, Jo. Tobias et. Hübnerus, Chr. Fridericus: "De iudicium Romanorum decuriis"
16. Kuescherus, Christianus Wilhelmus: "De pignore in causa iudicati capta."
17. Kuescherus, Christianus Wilhelmus: "De modo regum appellandorum apud veteres Romanos."
18. Mencken, Gottfried Ludovicus: "De qualitate possessionis in processu possessorio summarissimo."
19. Muellernus, Augustus Fredericus, Ord. phil. Decanus: "De usucapione et praescriptione longitemporis ex principiis naturalibus simulque ad solennia magistrorum . . . creandorum invitat."
20. Mylius, Gustavus Henricus: "Prozamina, quo panegyria in athenis Joannis Gothofredi Richterii . . . indicat."

- 1744.
7. 21. Mylius, Gualtero Florinus: De appropinquatione feudorum
 vasallorum et instrumentorum feudalium. 28.
8. 22. Richterius, Joann. Gualtero: De moribus majorum
 tanquam antiquissimis Romani juris fonte. 29.
9. 23. Richter, Jo. Tabies: De acceptatione in donatione
 mortis causa non necessaria. 30.
9. 24. Richterius, Joann. Tabies: De confessione ficta in
 causa civili. 30.
10. 25. Richter, Jo. Tabies: De dupli obliigatione
 uni objecto tributa. 31.
11. 26. Rivinus, Joannes Florens l. b. s. p. l. (Programma, quod
 dissertationes publicas indicit.) 32.
12. 27. Rivinus, Joh. Florens, fac. jur. pro cancellarius:
 Programma, quo actum solennem presentationis qualiter
 licentia daturum juris (Causidici Richteri Thuesteri sag
 indicit. - - - 33.
1. - - - indicit. - - - 34.

1784.

28. Piramus; W. Florens, fac. jur. procancellarius:
Programma, quo sollemni promotionis Doctoralis actum
quatuor candidatorum (Christiani Wilhelmii Keestneri etc.)
... indicat.
29. Siegel, Georgius Gottlieb: De vera servitute a solo vasallo
fundo imposta.
30. Siegel, Georgius Gottlieb: Utrum officia juris naturalis
sint indispensabilia?
31. Wincklerus, Cornelius Godefridus: De supplicio plumbata -
rum media aetate usitata.
32. Wincklerus, Georgius Ludovicus: De geminis concubina -
lis Romanorum conceptu
33. Woog, Cornelius Christianus: De Melitone, Sardunum et
Asia episcopo.
34. Zoller, Christianus Gottlieb: De vero fundamento cor.
tractus theatrographarii



1784.

35. Joller, Fridericum Gollieb : Interpretatio l. cum societas
by ff. pro socio . . .

etlas





Car. Otto Rechenberg 1744, 2. 26

ORDINARIUS
SENIOR ET RELIQVI DOCTORES
COLLEGII IVRIDICI

DN. IO. SIEGFRIDI
ACKERMANNI

MERCATORIS LIPSIENSIS
CELEBERRIMI

NOVI STIPENDII
FVNDATORIS MVNIFICI
MEMORIAM

PUBLICA ORATIONE

D. XXVII IANVAR. HOR. IX AD X
CELEBRANDAM

IN AVDITORIO PETRINO

LECTOREM BENEVOLVM

EA QVA DECET HVMANITATE
INVITANT.

*de interpretatione ultimorum voluntatum per p[ro]p[ri]os
rationes et coniecturas.*

ORDINARIUS
SENIOR ET RELIGIOSI DOCTORES
COLLEGII IURIDICI

DN. IO. SIEGFRIIDI
ACKERMANNI

MERCATORIS LIPSIS
GELBERGII

NOVI STIPENDII
FUNDATORIS MANIFICI

MEMORIAM
PUBLICAE ORATIONE
D. XXXIIII. FEBRUARII MDLXXIIII

IN AVDITORIO PETRINO
LECTORUM MANEVOLAM
EA QVA DEEST MANIFICIA

INVENTA





V

oluntas vltima defuncti pro lege seruanda est *l. 1. C. de SS. Eccles.* et impium atque crudele, eam negligere *l. 7. C. de testam. manumiss.* Hinc nihil magis curandum, quam vt ea impleatur *l. 4. C. de necessar. seru. hered. instit.* nec fauore etiam piae causae aliquid immutetur, *c. 4. C. 13. qu. 2.* ne ei, cui aliquid datum est, si voluntatem non seruauerit, *a. c. 6. X. de vot.* auferratur. Vltimum enim hoc etiam post fata hominibus debemus, vt supremam eorum voluntatem, quia iam aliud velle non possunt, religiose seruemus, *l. 1. C. de SS. Eccles.* nec circumueniri illam, aut verborum subtilitate aliquid ex ea circumuerti patiamur, IOH. de CASTILLO *de Coniect. vltim. voluntatum c. 18. m. 1. sequ.* Cum autem voluntatis quaestio vt plurimum facti sit *l. 7. C. de fideicom.* voluisse testator praesumitur,

IV

mitur, quod verbis expressit *l. 3. ff. de reb. dub.* nec propter subtilitates aut coniecturas ab iis recedere permiffum est, *ALCIAT. ad l. 29. §. 1. ff. de liber. et posth.* In iis autem quae non expressit, aut expressa licet exequendi difficultatem paritura sunt, voluntas secundum iuris dispositionem *l. 55. ff. de legat. 1.* explicanda est, nec aliter a verborum dispositione recedendum, quam cum manifestum est, aliud sensisse testatorem *l. 69. ff. de legat. 3.* Quae enim extra testamentum res incurrunt, possunt ex aequo et bono interpretationem capere, quae ex ipso vero testamento oriuntur, necesse est secundum scripti iuris rationem explicari, *CAIVS ait l. 16. ff. de condit. et demonstrat.* Inde si temporis lociue mandati circumstantia casu quodam interuertatur, et verbis expressis obtemperari non possit, sequendum id est, quod credibilius et verosimilius videtur, et probabili voluntatis consequentia colligi debet. *l. 66. 67. §. 15. de legat. 2.* Quod enim per praesumptiones et coniecturas probatur, pro veritate tunc habendum, *MENOCHE. Conf. 5. n. 17.* et voluntas testatoris aequè conici potest ac legis, *IDEM Conf. 97. n. 25.* Voluntatis igitur quaestio ex verbis decidenda, quae si secundum valorem proprium exitum non inueniant, secundum personam proferentis sunt interpretanda, *l. pen. ff. de adim. leg.* Potissimum

tissimum vero ex usu et consuetudine testatoris interpretatio capienda. *a. l. 3. §. ult. ff. suppellect. leg. l. 33. ff. de aur. arg. l. pen. ff. de alim. v. cib. leg. l. 14. ff. de ann. leg.* quae si probari possit, mori regionis aliorumque hominum praeferenda, quod qualitas et adfectio testatoris, voluntatem, quae ipsi fuerit, euidentissime monstret, *l. 50. §. ult. ff. de leg. 1. l. 14. ff. d. aur. leg.* Adiicienda inde sunt dubitationis tollendae causa ea, quae licet in oratione non exprimantur, eisdem tamen insunt. *l. 47. ff. de condit. et demonstr. l. 56. ff. Mand. l. 81. ff. de R. l.*

Accidit idem in praesenti nostro ordini, qui in auspiciis noui beneficii, quod DN. IOANNES SIEGFRIDVS ACKERMANNVS, *Mercator Lipsiensium longe Celeberrimus*, Iurium Cultori legauerat, ipsius testamenti verbis religiosè custodiendis intentus, anceps, qua ratione et in praesenti et futuro tempore, testatoris voluntati morem gereret, quodammodo haerebat. B. enim ACKERMANNVS mercaturae, dum viueret, addictus, ad commercia quoque literarum promouenda animum adpulsit, et post mortem, quod nec haec a se aliena crediderit, testatus est. Vicit ingenium eius mite et liberale sordidum genus hominum, qui opibus conquisitis confidentes eos negligunt aut despiciunt, qui summam diuitiarum partem

VI

in literarum adparatu collocant, et quamuis omnia saepius secum portent, thesauros fortunae non obnoxios sollicitate conquirunt. Hos vt adiuuaret, non modo sex Iuvenes bonae spei publico conuictu alendos, munifice curauit, sed et vt magis ad praeclara extimularet, Iuris studiosum praemio quadraginta thalerorum per biennium recreari voluit. Quod vero metueret, ne propositi laudabilis ratio arte aliqua, quam praeuidere non possset, aut imminueretur, aut interuerteretur, eam in hoc stipendio seruandam rationem praescipit, quae olim Duimuiris in omni Iure celeberrimis B. BORNIIS *Patri* et *Filio* placuerat. Ab omni enim fastu alienus magis honestum putabat viros perspicacissimos et probatae fidei in liberalitate strictim imitari, quam ad ostentationem nouas condendi legati ampullas ex suo ingenio proferre, et febriculofas cautiones fingere. Stipendium igitur quadraginta thalerorum singulis annis Iurium cultoribus persoluendum destinauit, ea quidem lege, vt ad Assessorum nostri Collegii filios, si qui sint, qui huic studio dent operam, ante alios liberalitatis huius fructus perueniret, et non nisi his deficientibus ad Scabinorum, et post hos ad Senatorum, denique si ex his nemo sit, qui hoc beneficio frui possset, ad reliquorum ciuium Lipsiensium liberos transferretur.

Voluit

Voluit autem tantum per biennium singulos hoc stipendium accipere, vt in plures dein benignitatis suae commoda redundarent. Vnicum hoc praeter Bornianae foundationis tenorem tabulis testamenti cauit, vt Ordo noster Ius conferendi exerceret, et eadem lege, qua alumni Borniani diei mortualis, qua B. IACOBVS BORNIVS obierat, memoriam d. XII. Iunii oratione publica colere iubentur, illi, qui beneficium institutum perciperent, die, qui in fastis SIEGFRIDI nomen prae se fert, gratitudinem publica dictione in nostro Auditorio demonstrarent. Cum igitur casu eueniret, vt hoc, quem agimus anno in Calendariis Saxonis, si vnum exceperis, nomen *Siegfridi*, non reperiretur, in aliis vero incertus dies huic nomini daretur, et dubia inde vltimae voluntatis executio quodammo videri posset, Ordo noster existimauit, voluntati testatoris rectius nec obtemperari, nec perpetuitatem foundationis obseruari posse, quam si lege imposterum quoque valitura decerneret, vt ea die manibus defuncti parentaretur, quae anno, et quo obierat B. ACKERMANNVS, et superioribus SIEGFRIDI recordationem iniecerat. Vsum igitur et consuetudinem, quae testatori in onomastico die celebrando familiaris quondam fuerat, sumus intuiti, et cum ex Calendariis superiorum annorum XXVII. Ianuarii hanc

VIII

hanc ipsam esse deprehenderemus, non aliam, quam hanc sacris memoriae ex intentione fundatoris agendis conuenientiore[m] confidimus. Sub initium autem noui Stipendii haec commemoranda esse duximus, vt publice beneficii ratio constaret, et posteritatis memoriae commendaretur. Magis adhuc animum gratum, quantum coniectura assequi potuimus, erga pie defunctum hoc ipso declarare allaborauimus, vt Collegae nostri dilectissimi Dn. D. FERDINANDI AVGVSTI HOMMELII filio, *Dn. Carolo Ferdinando Hommelio*, beneficium primum assignaremus, tum quod parens testatori in primis familiaris fuisset, tum vero, quod B. ACKERMANNVM adfectui erga ipsum, hunc quoque in Ordinem nostrum adfectum tribuisse sit verosimile. Grati igitur et pii hominis officio functurus HOMMELIVS Iunior, Iuris Candidatus die proxima Lunae, quae XXVII. Ianuarii est post hor. IX. publica oratione in Auditorio nostro Euergetae Memoriam recolet: Ad quam audiendam RECTOREM MAGNIFICVM, ILLVSTRISSIMOS COMITES, *Academiae patres, proceres et ciues* ea, qua decet obseruantia et humanitate inuitamus. P. P. Domin. III. post F. Epiph. An. MDCCXLIV.

EX OFFICINA LANGENHEMIANA.

ULB Halle

3


002 265 788



(f) Sb.
Vdi8







B.I.G.

Farbkarte #13

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

tho Rechenberg 1744, 2. 26

INARIVS
ELIQVI DOCTORES
GII IVRIDICI
SIEGFRIDI
RMANNI

RIS LIPSIENSIS
LEBERRIMI

STIPENDII
RIS MVNIFICI
MORIAM

ORATIONE

NVAR. HOR. IX AD X
EBRANDAM

TORIO PETRINO

M BENEVOLVM

ECET HVMANITATE
VITANT.

*ultimarum voluntatum per pae
et coniecturax.*

